

SERVIUS ET L'ANTIPTOSE

DANIEL VALLAT
LYON 2 / HISOMA / IUF

1. Le mot et le contexte grammatical

-Donat, *Ad.* 610 Et animi pro animo: ἀντίπτωσις ueterum, qui « ingens uirium », « diues opum », « abundans < lactis » solebant > dicere.

-Priscien : *prociencia* (3,184,1 K).

-Cassiodore, *Exp. Psalm.* 34,17 : *antiptosis, quando casus pro casu ponitur.*

-*immutatio casuum* : Charisius (355,1-3 B), Diomède (1,454,9-12 K), Donat (656,14 H)

-Nonius : (794 Lindsay) *Accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali* ; (796L) *Accusatiuus positus pro datiuo* ; *Genetiuus casus positus pro accusatiuo* ; (797L) *Accusatiuus positus pro ablatiui* ; (798L) *Accusatiuus uel nominatiuus pro ablatiui* ; (799L) *Genetiuus positus pro ablatiui uel aduerbio loci* ; (800L) *Genetiuus pro ablatiui* ; (801L) *Datiuus pro accusatiuo* ; (802L) *Accusatiuus pro genetiui* ; (803L) *Ablatiuus pro genetiui* ; (804L) *Accusatiuus pro nominatiui* ; *Nominatiuus pro datiui* ; *Genetiuus pro datiui* ; (805L) *Nominatiuus pro genetiui* ; *Ablatiuus pro datiui* ; *Genetiuus pro nominatiui* ; *Ablatiuus pro accusatiui* ; *Accusatiuus pro genetiui* ; (806L) *Accusatiuus positus pro datiui* ; *Datiuus pro ablatiui* ; *Nominatiuus pro ablatiui*.

-Asper (534 Hagen) *Nominatiuum ponit pro accusatiui* ; *Contra accusato infert pro nominatiui* ; *Nom. pro uoc.* ; *Contra uoc. pro nom.* ; (535 H) *Gen. pro (abl.)* ; *Contra abl. pro gen.* ; *Dat. pro gene.* ; *Datiuum pro acc.* ; (536 H) *Acc. pro dat.*

2. La pratique de Servius

PRO NOMINATIVO

Vocatiuus pro nominatiui

-Servius, *Aen.* 10,327 MISERANDE : pro 'miserandus' ; nam **pro nominatiui uocatiuum** posuit, ut contra « socer arma Latinus habeto » (12,192) : licet illic possit accipi 'socer arma Latinus habeat' : nam 'habeto' et secunda et tertia persona est. Tamen etiam alibi **nominatiuum pro uocatiui** posuit, ut « corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum » (8,77).

-SD, *Aen.* 9,641 'macte' ergo pro 'mactus esto', **uocatiuum pro nominatiui** posuit, ut Persius (3,28-29) « stemmate quod Tusco ramum millesime ducis censoremue tuum uel quod trabeate salutas » pro 'millesimus' et 'trabeatus', et Vergilius « uicinosque ignare paras inuadere portus » (3,382) pro 'ignarus', et alibi « quos Amasene pater » (7,685) pro 'Amasenus' : sic ergo et 'macte' pro 'mactus'.

-Asper, p. 534,22-24: *Contra voc. pro nom.* : « Principio Italiam quam tu i. r. p. v. i. p. i. p. », « Quos dives Anagnia p. q. A. p. », « Dardania stratus dextra miserande i. », « Tune hinc spoliis ind. m. e. m. ».

-Servius, *Aen.* 7,685 QVOS AMASENE PATER : aut 'pascis', aut sit **antiptosis** 'quos pascit Amasenus'.

Accusatiuus pro nominatiuo

-Servius, *Aen.* 11,775 CASSIDA : pro ‘cassis’ : nam **accusatiuum posuit pro nominatiuo**.

-Servius/<SD>, *Aen.* 1,573 VRBEM QVAM STATVO VESTRA EST : multi **antiptosin** uolunt, <**accusatiuum pro nominatiuo**>, ut sit pro ‘urbs’. Sed si sic intellegamus, ‘quam’ nihilominus sequitur et syllepsis fit per casus mutationem ; debuit enim dicere ‘urbs quae statuitur uestra est’. Melius ergo est ‘uultis’ bis intellegere, ut sit ‘uultis regnis considerare ? uultis urbem quam statuo ? uestra est’.

PRO VOCATIVO

-Servius, *Aen.* 10,327 MISERANDE : pro ‘miserandus’ ; nam **pro nominatiuo uocatiuum** posuit, ut contra « socer arma Latinus habeto » (12,192) : licet illic possit accipi ‘socer arma Latinus habeat’ : nam ‘habeto’ et secunda et tertia persona est. Tamen etiam alibi **nominatiuum pro uocatiuo** posuit, ut « corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum » (8,77).

-Servius, *Aen.* 11,464 ‘Messapus’ autem ut diceret, **uitauit** ὁμοιοτέλετον : nam uitiosum erat ‘Voluse’, ‘edice’, ‘Messape’. Ergo ‘Messapus’ **aut** antiquus uocatiuus est, ut « Hesperidum fluuius regnator aquarum » (8,77), item « socer arma Latinus habeto » (12,192) : **aut** certe **nominatiuus est pro uocativo**. Quamquam possit **etiam** nominatiuus esse ut sit ‘Messapus et Coras equitem diffundite’ pro ‘diffundant’ : melior tamen est sensus superior.

-Donat, *Ph.* 324 VIR FORTIS ATQVE AMICVS : **nominatiuum pro uocatiuo** posuit.

-cf. **uocatiuus antiquus** : Servius, *Aen.* 8, 77 FLVVIVS : uocatiuus **antiquus** est : qui apud maiores in omni forma similis erat nominatiuo, sed modo aliter est in secunda tantum forma ; 12,192 LATINVS HABETO : **aut antiquus** uocatiuus est : **aut** ‘habeto’ tertia persona sit.

-Servius 4,409,17-19 : quare maiores nostri timentes ipsum uocatiuum similem fecerunt nominatiuo, ut Virgilius dicit « corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum » et ‘Lucius Octavius iudex esto’.

-Sergius 4,498,17-22 : nam uocatiuus secundae declinationis aliquando in i exit, aliquando in e. denique in hoc casu ambiguitatem uidit Vergilius et antiptosim fecit, pro uocatiuo nominatiuum posuit, « corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum ». Et hic usus ueterum fuit, nomina etiam non dubia plerumque sic ponere, Octavius iudex esto, Titius heres esto.

-Priscien 2,305,16-21 : est tamen quando nominatiuo quoque in us terminante pro uocatiuo siue metri siue euphoniae causa utuntur. Virgilius in VIII : « Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum ». Lucanus in II : « degener o populus, uix saecula longa decorum, / sic meruisse uiris ».

-Asper, p.534,19-21 : **Nom. pro voc.** : « Muscosi fontes et somno mollior h. e. q. v. r. v. t. a. u. », « Corniger Hesper. f. r. a. a. o. t. » (8,77-78), « Socer arma Latinus h. » (12,192), « Equitem Messapus in ar. e. c. f. C. l. d. c. (11,464-465) »

PRO ACCVSATIVO

-Servius, *Aen.* 10,710 : *PASTVS* : pro ‘pastum’, nam supra ait ‘quem’ : ergo antiptosis est

-SD 2,377 : ordo autem est ‘sensit in medios hostes se esse delapsus’. Ergo ‘delapsus’ **nominatiuum pro accusatiuo** posuit, ut Horatius « uir bonus et sapiens dignis ait esse paratus » pro ‘ait se dignis paratum esse’ (*Epist.* 1,7,22).

- Asper, p.534,14-16 H : **Nominatiuum ponit pro accusatiuo** : « Cui mater media sese t. o. s. » pro 'obuiam' et: « Sensit mediōs delapsus in h. », « Quaque' tēstāmit »
 -Asper, p.535,16-17 H : **Datiuum pro acc.** : « Cogere donec oues stab. n. r. » hoc est 'in stab.'

-Servius, *Aen.* 1,6 INFERRETQVE DEOS LATIO : hoc est 'in Latium'. Et est figura usitata apud Vergilium. Quod enim per accusatiuum cum praepositione dicimus, ille per datiuum ponit sine praepositione, sicut alibi « it clamor caelo » pro 'in caelum' ; 1,22 VENTVRVM EXCIDIO : ad excidium. nota figura ; 1,288 CAELO : in caelum ; etc. ; cf. SD, *G.* 2,452 : MISSA PADO : pro 'in Padum', etc.

PRO GENETIVO

(Accusatiuus pro genetiuo)

- SD, *Aen.* 1,40 et 'Argiuum' pro Argiuorum ; uidetur autem specie **accusatiui singularis pro genetiuo plurali** usus.
 -SD, *Aen.* 10,2 DIVVM : pater pro 'diuorum', sicut 'Argiuum', 'Danaum', 'Teucrum'. Videtur **accusatiui singularis specie pro genetiuo plurali** usus.
 -Nonius, p.794-795 L : **Accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali.**

Datiuus pro genetiuo

- Servius, *Aen.* 2,794 SIMILLIMA SOMNO : sic Cicero « simillimum deo iudico ». Nam genetiuo debuit iungi.
 -Servius, *Aen.* 1,120 ILIONEI : **antiptosis est, pro genetiuo enim datiuum posuit** ; nam constat huiusmodi Graeca nomina datiuum singularem in -ei diphthongon mittere, ut 'Orphei' ; nam illa solutio est cum 'Orphei' dicimus. Nec modo 'Ilionei' possumus dicere adstrictum esse genetiuum, ut ipse sit qui et datiuus. Quod si forte contingat, non regula mutatur, sed antiptosis fit, qua plerumque utuntur poetae, ut « urbem quam statuo uestra est » pro 'urbs', item « haeret pede pes » pro 'pedi'.
 -Sacerdos 6,479,9-12 K : nam quod Sallustius <ait> « ad bellum Persi Macedonicum », non declinationem mutauit, sed antiqua usus est consuetudine, **datiuum posuit pro genetiuo**, ut Cicero « filiumque Verri » pro Verris, et Vergilius « inmitis Achilli » pro Achillis.
 -SD, *Aen.* 1,17 GENTIBVS : pro 'gentium', **datiuum pro genetiuo**.
 -SD, *Aen.* 8,209 PEDIBVS RECTIS : pro 'pedum rectorum', **datiuus pro genetiuo**.
 -SD *Aen.* 9,121 OBSTIPVERE ANIMI RVTVLIS : hoc est 'Rutulorum' ; **datiuus pro genetiuo**.
 -Asper, p.535,12-15 H : p.535,12-15 H : **Dat. pro gene.** : « Hoc regnum dea gent. e. » pro 'gentium' (*Aen.* 1,17) ; « Nec non et pecori est idem d. e. » ; « Quae sit rebus fortuna uid. » ; « Obstipuere animi Rutulis » (*Aen.* 9,123) ; « Atque hos ne qua forent pedibus u. r. ».

Ablatiuum pro genetiuo

- Servius, *Aen.* 1,75 PVLCHRA PROLE : notanda figura ; **frequenter** enim hac utitur. Nam quod nos **per genetiuum singularem dicimus, antiqui per septimum** dicebant, ut hoc loco « parentem pulchra prole », id est 'pulchrae prolis'.
 -Servius, *Aen.* 1,313 LATO FERRO : id est 'lati ferri', ut « pulchra prole » ; *Aen.* 1,164 et posuit **septimum pro genetiuo**, ut superius « **pulchra prole** » ; *Aen.* 1,496 FORMA : ut « pulchra prole » ; *Aen.* 3,286 AERE CAVO CLIPEVM : 'aeris caui', ut « pulchra prole » ; *Aen.* 4,131 LATO

VENABVLA FERRO : 'lati ferri' ; *Aen.* 5,401 INMANI PONDERE : 'inmanis ponderis', more suo, ut « hamis auroque trlicem » (3,467) ; *Aen.* 6,299 TERRIBILI SQVALORE : id est 'terribilis squaloris' ; *Aen.* 7,457 ATRO LVMINE : 'atri luminis taedas', ut « et pulchra faciat te prole parentem » ; *Aen.* 9,510 INFESTO VOLVEBANT PONDERE : 'infesti ponderis' ; *Aen.* 10,381 MAGNO PONDERE : 'magni ponderis', ut « aere cauo clipeum » pro 'aeris caui' ; 10,857 VIS ALTO VVLNERE TARDAT : 'alti uulneris uiolentia' ; *G.* 2,25 ET ACVTO ROBORE : pro 'acuti roboris' accipimus ; Servius, *G.* 2,241 SPISSO VIMINE : 'spissi uiminis'.

-SD, *Aen.* 1,71 'praestanti' autem 'corpore' pro 'praestantis corporis', **ablatium pro genetiuo** ; *Aen.* 2,204 INMENSIS ORBIBVS : pro 'inmentorum orbium' ; *Aen.* 4,212 aut 'exiguam pretio' pro 'exigui pretii' ; *Aen.* 9,220 quidam 'seruantque uices statione relicta' pro 'stationis relictae uices seruant' intellegi uolunt, ut « et pulchra faciat te prole parentem », hoc est 'pulchrae prolis'.

-Asper, 535,3-11 H : Contra abl. pro gen. : « Vt Linus haec illi div. c. p. d. » pro 'diuini carminis' ; « Sunt mihi bis sep. p. c. n. » ; « et pulchra faciat te pr. p. » ; « Siluis scaena cor. » (1,164) ; « Scopulis pendentibus antr. » ; « Inmensis orbibus a. » ; « Aut rapidus montano f. t. » ; « Aere cauo clipeum g. A. » ; « Pulchro pectore uirgo » (3,426) ; « Inmani corpore pistris » (3,427) ; « †Aa . . . ro » ; « Per mille coloribus arcum » (5,609) ; « Ingenti mole sepulch. » ; « Fluuiio Tiberinus amoeno » (7,30) ; « †N. entis eam fultimato » (1,702?) ; Acuta cuspide contos » (5,208) ; « Viyo praeteruehor oŝtia s. ».

PRO DATIVO

Accusatiuum pro datiuo

-Servius, *Aen.* 9,631 'inludo tibi' et 'insulto tibi' dicimus : nam 'inludo te' figuratum est, ut hoc loco, item 'insulto te' : Sallustius « multos a pueritia bonos insultauerat ».

-Cf. Servius, *Aen.* 10,643 : et dicimus 'insulto tibi', licet Sallustius dixerit « multos ab adulescentia bonos insultauerat » ;

Charisius 386,9 B : inludo uano et uanum

Arusianus 266 : inludo illi rei. <Verg(ilius)> *Aen(eidos)* IV «et nostris inluserit aduena regnis». inludo illum. idem <*Aen(eidos)*> VIII «i uerbis uirtutem inlude superbis» ; 328 : insulto solo. Verg(ilius) *geo(rgicorum)* IV «equitem docuere sub armis / insultare solo ». insulto solum. Ter(entius) *eun(ucho)* « fores aperis fortunatus / ne tu istas faxo calcibus saepe insultabis frustra ».

Ablatiuus pro datiuo

-Servius/SD, *Aen.* 10,653 sane hoc loco **antiptosis** facta est propter metrum : 'coniuncta' ergo 'crepidine' pro 'crepidini', sicut « haeret pede pes » pro 'pedi'. <Est autem **ablatiuus pro datiuo**.>

-Servius/SD, *Aen.* 9,605 : VENATV : pro 'uenatui', ut 'curru' pro 'currui' : <ablatiuus **dubius**, uel **pro datiuo**.>

-Servius, *G.* 2,327 MAGNO COMMIXTVS CORPORE FETVS pro 'corpori', ut "haeret pede pes", item alibi "et magno se corpore miscet" (+ SD <'corpore'> pro 'corpori')

-Servius, *B.* 5,29 'curru' pro 'currui'

-SD, *Aen.* 1,257 alii 'metu' pro 'metui' accipiunt, **ablatiuus pro datiuo**.

-SD, *Aen.* 3,541 CVRRV : pro 'currui' : datiuus uetus.

-SD, *Aen.* 11,568 'feritate' autem figurate pro 'feritati': an ob feritatem?

-SD, *Aen.* 4,4 'pectore' uero pro 'pectoris';

- Sacerdos 6,447,24-27 K : sed errant : nam ibi antiquorum more ablatiuum pro datiuo posuit, quod licet etiam, si non iunxerimus duos ablatiuos, ut est « haeret pede pes » et « parce metu Cytherea », pro pedi, pro metui.
- Priscien 2,363,8-17 K : est tamen quando poetae metri causa pro eo ablatiuo utuntur. Virgilius in I *Aeneidos*: «parce metu, Cytherea, manent inmota tuorum / fata tibi», pro metui. idem in IIII *georgicon*: «namque aliae uictu inuigilant», pro uictui. in eodem: «concubitu indulgent», pro concubitu ; 3,189,9-12 K : Virgilius in I *Aeneidis*: «parce metu, Cytherea, manent immota tuorum / fata tibi», pro metui.
- Nonius, p.805 L, 2 ex dont Virgile, Aen. 6,465 : teque aspectu ne subtrahe nostro.
- Asper, p.535,17-536,2 H : « Dafnis et Armenias c. s. t. i. » ; « Set tamen idem olim cur. s. s. » ; « Portuque subimus Chaonio » (*Aen.* 3,292-293) ; « Quod nec concubitu indulg. » ; « Namque aliae uictu inu. » ; « Teque aspectu ne subtr. n. » ; « Forte ratis celsi c. c. s. » ; « Haerent infixi pectore uult. » ; « Et corpore inhaeret » (*Aen.* 10,845) ; « Mens agitat molem et magno se corpore m. » ; « Magnus alit magno c. c. f. ».
- Aulu-Gelle 4,16,5-9 : Set non omnes concedunt in casu dativo 'senatui' magis dicendum quam 'senatu'. Sicuti Lucilius in eodem casu 'victui' et 'anu' dicit, non 'victui' nec 'anui', in hisce versibus : « quod sumptum atque epulas victu praepone honesto » et alio in loco : « anu noceo » inquit. Vergilius quoque in casu dandi 'aspectu' dicit, non 'aspectui' : « teque aspectu ne subtrahe nostro » et in georgicis : « quod nec concubitu indulgent ». C. etiam Caesar, gravis auctor linguae Latinae, in Anticatone: « unius, inquit, arrogantiae, superbiae dominatuque ». Item in Dolabellam actionis I. lib. I: « Isti, quorum in aedibus fanisque posita et honori erant et ornatu ». In libris quoque analogicis omnia istiusmodi sine 'i' littera dicenda censet.

PRO ABLATIVVO

Accusatiuus pro ablatiuo

- Servius, *Aen.* 11,76 sane figurate dixit 'uestem induit', ut "exuuias indutus Achillis" (2,275), cum in usu sit 'induit illa re', ut "indutosque iubet truncos hostilibus armis" (11,83) [diomède 1,316,4 : induo te armis ; Priscien 3,346,27 : similiter induo te ueste et induo tibi uestem. Virgilius in XI... ; Charisius 386,25-26 : induo puerum rubricam et rubrica ; Arusianus 265]
- Servius, *Aen.* 8,114 QVI GENVS quo genere

Genetiuus pro ablatiuo

- Servius, *Aen.* 5,202 FVRENS ANIMI ut "praestans animi iuuenis" ;
- Servius, *Aen.* 10,686 ANIMI MISERATA pro 'animo miserata': nam figurate locutus est, sicut "o praestans animi pro 'animo', id est illa re.
- Servius, *Aen.* 12,19 O PRAESTANS ANIMI et 'praestans virium', et 'praestans viribus' dicimus.
- Servius, *Aen.* 12,649 INDIGNVS AVORVM Graeca figura: nam nos 'indignus illa re' dicimus, contra Graeci ἀναξιοῦς ἄναξιοῦ, id est indignus coronae ;
- SD, *Aen.* 9,87 CLASSIS EGERET : pro 'classe', **genetiuus pro ablatiuo**.
- SD, *Aen.* 11,126 ita et hic 'iustitiae' 'laborum' **genetiuus pro ablatiuo** posuit. si autem 'iustitiae' legeris, subaudiendum 'iustitiae laudibus'; si 'iustitia', subaudiendum 'praeditum'.
- Donat, *Ph.* 187 TVM ANTIPHO ME EXCRUCIAT ANIMI τῷ ἀτυκισμῷ pro eo quod est 'propter Antiphonem me excrucio animo'. sic et in Hecyra « fecit animi ut incertus foret ». genetiuo enim casu ueteres figurabant hanc locutionem ; *Eun.* 274 Et 'animi' pro 'animo': ἀντίπτωσις **ueterum**, qui « ingens uirium » [Salluste], « diues opum », « abundans < lactis » [B. 2,20] solebant dicere.

Datiuus pro ablatiuo

- Servius, *B.* 5,8 ET TIBI CERTAT usurpatum est; nam hodie 'certo tecum' dicimus ;
- Servius, *G.* 3,6 CVI NON DICTVS HYLAS PVER id est a quo: Horatius "scriberis Vario fortis" pro 'a Vario';
- Servius, *Aen.* 1,440 NEQVE CERNITVR VLLI neque ab ullo cernitur; et est Graecum, ut "scriberis Vario", id est scribet te Vario;
- SD, *Aen.* 1,145 TRIDENTI autem pro tridente, **dativum pro ablativo.**
- SD, *Aen.* 4,2 sane 'igni' pro 'igne', **dativus pro ablativo.**
- SD, *Aen.* 5,129 <'frondenti'> pro 'frondente', **dativum pro ablativo.**

PRO ADVERBIO IN LOCO

- Servius, *Aen.* 4,224 TYRIA CARTHAGINE pro 'Carthagini': et pro adverbio in loco, de loco posuit
- Servius, *Aen.* 4,426 'Aulide' autem aut 'in Aulide', aut pro 'Aulidi'.

Servius 4,416,6-16 K : *Aduerbiu in loco fit secundum formam genetiui : dicimus enim 'Deli fui', 'Beneuenti fui', quoniam huius Deli, huius Beneuenti genetiuius est. si autem nomen erit alterius cuiuscumque declinationis, tunc formam sequimur datiui casus : dicimus enim 'Carthagini fui', 'Tiburi fui', quoniam huic Carthagini, huic Tiburi datiuus est. Sciendum est sane pauca nomina his regulis repugnare, ut est Narbone in Philippicis Ciceronis, « cum tu Narbone mensas hospitium conuomeres » : debuerat enim dicere 'Narboni'. Item Vergilius ait « Turia Carthagine qui nunc exspectat » [inquit Carthagine], non 'Carthagini', quod erat regulae. Sed Cicero antiptosisin fecit figuram, Vergilius uero metri necessitatem mutata regula seruauit.*

Charisius 244,1-3 B : *uero tertii ordinis sunt, ablatiuo casu utimur, uelut Carthagine Sidone sunt ; quamquam recentiores Carthagini et Sidoni sunt per datiuum uoluerunt.*